

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

8

PRIMVS

eo loco: ubi aiacem ex salamina duodecim duxisse naues ait.

Biffenis salamine aiac cum nauibus ibat.

Cecropidum quo castra loco posuere phalanges.

Ex eo iam tempore plæbis in se animos ita conuerterat: ut sibi illū omnes percipide regnare cuperent. eis uero ille in tantum absuit ut acquiesceret: ut auctore Solicrate pifistratū quoq; propinquum suum: cum sibi tyrannidē parare intelligeret: quantū in se fuit prohibuerit. nam euocata contione profectus in publicum lorica armatus & clypeo pifistrati insidias & improbos conatus aperuit. Neq; id solū uerum & iuuare paratum ac pro libertate sese pugnaturum asseuerauit: Viri inquit Athenienses aliis quidem sapientior: alii uero fortior sum. Sapientior enim illis sum: qui pifistratū istum non animaduertūt. fortiorq; his qui sciunt illum quidē: sed metu reticent. Senatus uero q̄ studeret pifistrato: in salire illum proclamabat: At ille meā inquit insaniam ciuibus breui tēpus ostēdit qui pifistratidæ essent: cum ueritas in lucem uenerit. Elegi autem ipsius de tyrannide pifistrati sunt hi.

Vis niuis & pelagi tempestas nube creatur.

Horrendum excutiunt sydera clara sonum.

Et cecidere uiris persæpe potentibus urbes.

Seruiuit soli neicia plæbs domino.

Iam uero pifistrato rerum potito minime obtēperans: ante curiam arma deposuit: dicens illud. O patria tibi equidem uerbo & opere auxiliatus sum: in ægyptum nauigauit: atq; inde cyprum profectus: postremo ad crœsum peruenit: a quo interrogatus quisnā sibi felix uideretur: Telus inquit atheniēsis & cleobis: & Bito & cætera quæ sunt in ore oīum. Aiunt quidam Crœsum cū se exquisitissime omnium ornamentorū genere cōposuisset: sublimiq; in solio sederet: interrogasse eū an pulchrius unq̄ spectaculū uiderit: illūq; dixisse gallos gallinaceos: phasianos: atq; pauones. Naturali enim eos flore & incredibilem speciositate uestiri. A crœso deinde in Ciliciam profectus urbē condidit: atq; ex suo nomine Solos appellauit: in qua paucos atheniensium statuit: qui tractu temporis cū patriā uocem corrupissent: solocizare dicti sunt: & appellabantur hi quidē Solenses: qui Cyprii uero Solii. Cū uero pifistratū in Tyrannide pseuerare didicisset: ista atheniēsis scripsit. Siquidē per uestrā uæcordiā dira toleratis: nihil in hac parte diis acceptū refertis: ipsi eni horū uobis cā estis: q̄ pignora ut durā seruitutē paterimini dedistis: uestrū uero unusquisq; uulpis uestigiis incedit: Omnibus aut una leuis & stolidus mens est. Quippe uiri linguam sermonemq; uarium & plenum astutia & fallacia attenditis: rerum exitum considerare nescitis.

Tristia commissæ luitis si præmia noxæ.

Non uos in superos concitet ira deos.

Nanq; uiros auxit uestri custodia quondam.

Subdita qui nobis sub iuga colla premunt.